

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Aliæ caussæ, ob quas tutum non est, ad Superos judices appellare; etsi id per se illicitum non sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

*mifso turbatur cæno. Quod veteres tragœdi, in Aiace flagellifero ostenderunt. Ajax ehim Telamonius, ab Vlyffe, in iudicio, vicitus, præ ira, insaniens pecora occidit, credens se Vlyfsem, cum socijs, occidere. Itaq; multi iracundia odiōque correpti, & velut cœstro perciti, bestias pro hominibus, hominae, pro bestijs aspiciunt; & non raro innocentes iudicant esse nocentes. Cum ergo rarissimè, qui læsi sunt, non fiant iracundi, facile accidere potest, vt alios reos atque iniuriosos existiment, quando ipsi rei sunt atque iniuriosi. Quām malè autem isti sibi consulerent, si rei ipsi innoxios ad diuinum tribunal, vbi omnia in aperto sunt, trahere vellent, accusandi non accusaturi? Neque enim existimare debent, Dei iudicia, esse sicut sæpe sunt iudicia hominum in expertorum, auct. affectibus ditorum, apud quos, prior tempore, prior iure esse consuevit; & vicisse est, præuenisse, quia fauor est primò occupantis. Non sic iudicat Deus, cuius sententia nunquam damnat innocentem, nunquam absoluit reum præuenientem.*

## III.

Tametsi ergo ea, de qua tot exempla enumerauimus, Sanctorum ad diuinum tribunal appellatio licita, diuinisque legibus contraria non fuerit: tametsi etiam constet, per eiusmodi exempla, diuinam mortalibus iustitiam innotuisse, Principesque multos didicisse, in subditorum sanguinem non esse desæuiendum, neque proculcanda iura: tametsi etiam mentes recti conscientiae atque innocentia roborentur, per talia exempla, vt diuinæ iustitiae fiducianiti assuescant: tametsi etiam prohibita non sit eiusmodi prouocatio, quæ eodem animo, ijsdémque de cauiss suscipitur, quibus rex Dauid, Pontifex Zacharias, beatæ illæ animæ; Paulus Apostolus, Episcopus Benno, aliique eam Sancti usurpauerunt: quis tamen sibi polliceri potest, non solùm eandem, cùm istis sanctitatem, verùm etiam eandem rectitudinem intentionis? Quām citò se insinuat cupiditas vltionis? quām facile subrepit odium, aut alijs immoderatus affectus, quo si prouocatio inquietur, non aduersarium, sed ipsum damnat prouocantem.

## IV.

Non loquor hīc de illis, qui sciunt, se alios iniustè, ad vallem Iosaphat, vocare, & tamen vel malitia agitati, vel, vt innocentes videantur, citant; quos constat, citando mortaliter delinquare; quia & Deum pro iniquitatis fautore, aut certè ludibrio habent; & proximo grauiter nocent, quem, tanquam innocentia oppressorem, suggillant, ac iniecta vicinæ mortis imaginæ.

tionem